



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De amente, & demente, furioso, mente capto, insano, stulto, & fatuo. cap.
lxviii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

48 dicitur mora in faciendo commissa non purgatur, sed mora in negligendo purgatur. Et mora purgatur ex æquitate. Et mora purgatio usque ad quod tempus admittatur, ubi Bart. in l. si maior. C. de transactio. & ibi Bart. dicit multa in materia moræ. Sed qui potest se tueri exceptione legitima, non est in mora, ut per Bart. in l. lecta. ff. si certum petat. Sed ubi est dies, & poena, non admittitur purgatio moræ in l. traiecitia. §. de illo. ff. de actio. & obligation. Sed mora purgatio admittitur quoad actionem conservandam ex parte actoris intra modicum tempus, etiam ubi dies est, & poena, Bart. in l. si ita. §. Si ea cauit. ff. de verborum obliga. Sed quando poena committitur propter maleficium, purgatio moræ non admittit Bart. in l. ubi pactum. C. de transactio. Et omnino vide de hoc Bart. in d. l. si insulam. ff. de verb. oblig. ubi multa dixit in materia moræ, & sic me expedit.

DE AMENTE, ET DEMENTE, ET
Furioso, de mente capto, & in-
sano, de stulto, & fatuo.
cap. LXVIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Qualitercunque quis sit amens, actum à consensu dependentium exercere non potest.
- 2 Furiosus & mente captus, utrum inter se differant. & nu. 3.
- 4 Non sane mentis, quis dicatur, item & de demente.
- 5 Dementia, quomodo agnoscatur.
- 6 Fatui unde dicti, & qui proprie dicantur.
- 7 Mente captus quot modis dicatur.
- 8 Furor quomodo probetur, item in testium depositione quod requiratur, ad hoc ut de furore constet, & nu. 9. 10.
- 11 Ad probandum, Aliquem esse mente captum vel furiosum, difficile est, & nu. 15.
- 12 Teste deponente de sana mente, alio vero de insania, cui magis credatur.

- 13 Qui semel fuit furiosus, utrum semper furiosus presumitur.
 14 Plurium testium probatio, aliquem fuisse furiosum, duobus vero contrarium deponentibus quibus magis fides adhiberi debet.
 15 Ad probandum furorem et dementiam, utrum testes singulares probent.
 17 Magna veritatis coniectura testium depositiones coadiuvant.
 18 Furor sua culpa oppressus sibi imputandum est.
 19 Homicidium perpetrans, propter quod pena capitis plectendus sit si postea furiosus effectus fuerit, debeatne in persona vel in bonis puniri.
 20 Delictum in furore committens, postea vero sanus effectus, utrum sibi pro eodem delicto poenitentia imponi debeat, item et de ebrio maleficium committente, an puniri debeat, et mm. 21.

DICIMVS, † quod qualitercunque quiescit à mente alienatus, nō potest exercere actū dependentem à consensu: tex. in l. furiosum. C. qui testamenta facere possunt. c. dilectus, de sponsalibus. l. in negotijs, & l. furiosi. ff. de regulis iuris. vbi legitur; Furiosi nulla voluntas est, & est loco absentis, vbi in glos. & equiparatur mortuo, vt per Alexan. & Iasonem in d. l. furiosum. & vide ea, quæ notantur in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirenda hereditate. † Et furiosus, & mente captus idem sunt; quamuis mente captus sit nomen magis generale, quam furiosus: ideo delicta ab alienato mente commissa non puniuntur. l. diuus. ff. de offi. præf. quia satis suo furore punitur. & ratio est, quia delictum non committitur sine dolo. Et idem iudicandum est de mente capto, sicut dicitur de furioso. ita. Alexan. in consil. liij. Corneus in consilio xxij. quia mente captus equiparatur furioso. li. & ibi Bal. C. de curatore furiosi, contra Ange. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupi. c. iudicas. ij. quæst. nona. vbi etiam notatur, quod ad excusandum quem à delicto propter insaniam mentis requiritur probatio concludens, insaniam adesse tempore commissionis delicti, quod est notandum secundum

dum præpositum in d. c. iudicas, pro formandis articulis in materie tali; quia articulus non concluderet, quod talis non erat sanæ mentis, nisi specificaretur de tempore delicti; quia probatio debet necessario concludere. l. non hoc. C. unde cognati. Et sanæ mentis quilibet præsumitur. non mente captus, nec demens. l. nec codicillos. C. de codicillis. & ibi Bald. & docto. & canonistæ in clementina prima, de homicidio. & in l. fi. de successione ab intestato; tamen præsumptiones prædictæ cessant, quando probaretur contrarium, ut in d. l. nec codicillos. Et tradunt omnes docto. in d. c. fi. & in d. l. furiosum. & ibi Corneus.

3 C. qui testamenta facere possunt. † Et aduerte, quod furiosus dicitur ille, qui est cum rabie furioris euidentis; sed mente captus dicitur cui mens, & consilium deficit, tamen nullum furorem ostendit. ita Bald. in l. furiosi. C. de nuptijs. & in l. humanitatis. C. de impuberum, & alijs. Alexand. in consilio liij. Iason in d. l. furiosum. Et qui nomen suum ignorat, & qui non respondet ad propositum, iudicatur insanus, ut per Ias. in d. l. furiosum. Et vide Barbatia in c. fi. de successione ab intestato. & Barto. in d. l. nec codicillos. C. de codicillis, & in l. si quidem. C. soluto matrimonio. & vide Bartho. & Bald. in l. mutuum. ff. de acquirenda hæredita. Alexand. in l. Si post dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimo. Sed si furiosus habet dilucida interualla, potest in illis interuallis condere testamentum; & si non apparet quo tempore factum fuerit tale testamentum, ex verbis testamenti poterit cognosci, & perpendi, an tempore testamenti erat sanæ mentis, an non, ut in d. l. furiosum.

4 † Et ille dicitur non sanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam. text. in cap. filij. de hæreticis, in vj. faciunt notata in cap. j. de clerico ægrotante, eodem libro. vbi notatur, quod ille dicitur demens, qui nescit exprimere, quod vult, deprehenditur etiam dementia ex loquela inordinata, ut supra tetigi. Sed qui sapienter scribit, vel loquitur, præsumitur tunc temporis fuisse sanæ mentis: & ad hoc allego bonum textum in capitu. legimus. xcij. distinction. vbi legitur; fatuus fatua loquitur. facit rex.

in c. conuenior. xxxij. q. viij. & in l. quidam in suo. de con-
ditio. institutionum.

Et ex proiectione lapidum more insanorum deprehē-
ditur dementia. l. ij. C. de ludæ. l. ob quæ vitia. ff. de ædi. e.
dicto. Itaque qui loquitur verba irrisoria, & contemnen-
da, præsumitur fatuus. ita Areti. in l. ij. ff. de verbo. obliga.
& Alexan. in consi. liij. ad finem. Itaque furor, & insania
percipitur ex sermonibus, quæ conueniunt furiosis, fatuis
vel dementibus, vt in d. l. quidam in suo, cum concordan-
tijs; quia licet furor, & insania mentis non videatur, tamē
perficitur (vt dixi) deo sermonibus conuenientibus furio-
sis, vel fatuis. ita concludit Corneus in consi. xxvi. † Et fa-
turi a fando dicuntur, vt per Bar. in tractatu de testibus.
col. xxj. vbi dicit; fatui verò dicuntur a fando, hoc est lo-
quendo; quia loquendo suam fatuitatem ostendunt: &
prædicta secundum vocabulorum proprietatem, licet in
iure quādoque istis vocabulis abutamur, dicit etiam Bart.
menti capti verò dicuntur, qui stante sensus integritate ca-
rent iudicio intellectus propter sensus defectum. Quidam
dicuntur stulti, quidam fatui appellantur: stulti dicti sunt
a stupore quia stupenda non stupent, vel non stupenda
stupescunt. † Et dupliciter dicitur mente captus, & cum
fœua dementia, & quasi rabie; & cum quieta amentia. Di-
citur enim amens ab a quod est sine, & mens, quasi sine
mente; & demens quasi deorsum mente; & sic non com-
pos mentis. glo. in §. præterea iusti, qui non est. per. fa. te-
sta. Fulgo. in consi. lxxx. Bald. in lib. humanitatis. C.
de impuberum, & alijs. & addit Bar. vt supra. Probantur
hæc per eos, qui viderunt eos aliena loqui; vt si
per vicos more insanorum viderunt loqui deriden-
tia.

Et probatur furor, si aliquis fuit reputatus per plures
menses pro furioso, seu demente a consanguineis suis, &
vicinis eundem cognoscentibus; vt per Alexand. in consi.
liij. vel si fuit detentus in carceribus a consanguineis su-
is. Alexand. in l. si post dotem. §. si maritus. ff. soluto matri.
vel si probatur quod communiter haberetur pro mente
capto. ita Decius in consi. lxxxvj. i. par. vbi multa allegat:
late

late etiam dixit in conf. cccclxviij. iij. par. tex. singularis ad hoc in capit. indicas. iij. quæstio. ix. vti infra etiam dicemus.

9 † Et sufficit, quod testes deponant de sermonibus, & gestis non convenientibus viro prudenti, sed furioso, vel mente capto; dummodo testis assignet causam, & rationem dixi sui; per quam considerato sermone, seu actu, de quo deponitur, iudicatur præsumptio; quod ille, qui ita sermonem protulit, vel actum gessit, non fuerit sane mentis, sed potius in dementia, seu furore, vt per Inno. & docto. in cap. causam. de testi. Ideo si testis deponit quem furiosum, vel insanum, debet deponere per sensum proprium etiam non interrogatus; vt per Inno. in dict. c. cum causam. & per Bar. & Bal. in l. solam. C. de testibus & per Iaso. in d. l. furiosum. quia furor, & insania intellectu cognoscitur, non sensu corporis; quia est quid inuisibile, & in ea, quæ non percipiuntur sensu corporis, non creditur testi. nisi reddat causam scientiæ per sensum corporis, etiam non interrogatus, vt dixi. vnde si testis interrogatus de causa scientiæ responderet, quia vidit; non probat furorem, nec insaniam; nam ista accidentia animi non possunt percipi momento, sed ex cursu super multitudine actuum, & consideratis adminiculis per iudicium intellectus, Nā esse furiosum: & mente captum sunt passionis cerebri, quas cognoscit phisicus.

10 † Sed si testis interrogatus, si Titius erat furiosus, dicat, quod sic, ideo quia vidit ipsum furientem, bene probat, vt per Iaso. in d. l. furiosum; quia furor per visum percipitur, & probatur per actus, & signa, vt dixi. Et si testis dicat, quia est publica vox, quia audiuit publice dici, non probat quia debet dicere, audiui à maiore parte ciuitatis. ita Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus. Sed probatur quem furiosum esse, si publice, vel communiter habebatur pro furioso, vel quod visus est proicere lapides, vel panem, more insanorum, vt supra dixi allegando Alexandrum in suo elegantissimo conf. liij. volum. j. Et furor, & dementia ex varijs causis surgere potest, vt ff. de edili. edicto. l. j. in fine, cum duabus sequentibus.

Sed

† Sed aduerte, quod difficile est probare, quem esse me-¹¹
te captum, vel furiosum; & de directo probari non potest,
quem esse furiosum, vel dementem; quia sensu corporis
non percipitur, vt dixi; per Cardinalem in consi. lv. quia
in tali casu dicuntur testes iudicare potius, quam deponere.
Et testes possunt de facili errare, ideo in tali casu non
creditur testibus, nisi causam dicti sui faciant manife-
stam, vt per Innocen. in dicto. capit. cum causam. Et
sic furor non probatur per visum simpliciter; quia
communis opinio est in contrarium, per ea, quæ
superius diximus, & per Decium in consi. ccccxlviij. iij.
volum.

Et in dubio quis sanæ mentis præsumitur, non mente
captus. l. nec codicillos. C. de codicillis, vt supra dixi.
† Itaque magis creditur testibus deponentibus de sana¹²
mente, quam deponentibus de insania; quia testes, quibus
ius commune assisist, & qui concordant cum iure com-
muni, præferuntur alijs, qui iure communi aduersantur;
vt per Innocen. in cap. auditis. de præscriptionibus, & per
Decium in d. suo consi. ccccxlviij. iij. pa. & probat testis, si
dicit, vide furore, & acta furoris facere: & probat testis, si
dicit de sana mente, quia fuit præsens actui per eum gesto.
ita Corneus in consi. lxxxv. ij. pa. Et qui non potest arti-
culare loqui, similis est mortuo. Bar. Alexand. in consi. xij.
j. par.

† Sed qui semel fuit furiosus, semper præsumitur furio¹³
sus, si per plures menses permanet in furore. textus est sin-
gularis in c. indicas. iij. quæst. ix. vbi fuit casus; Hermanus
Episcopus fuit furiosus, & quia per plures mentes fuit fu-
riosus, constabat Pontifici: qui Hermanus postea homici-
dium, vel aliud scelus commisit. de quo accusatus coram
Archiepiscopo appellauit ad Papam. Archiepiscopus au-
tem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognosce-
ret, Papa dicit in textu, quod non potest facere, tribus ra-
tionibus; quia Hermanus erat absens, & quia nō dixerat ei,
qui fuerunt illi excessus, super quibus accusabatur, nec
vtrum tempore delicti fuerit sanæ mentis, vel non. Ecce
text. singularem, quod quando quis publice habetur
pro

tur pro furioso, semper præsumitur furiosus; & quia furor
Episcopi erat taliter notus, quod peruenierat ad aures con-
fessorij Romani Pontificis, ut patet in textu, ideo Archie-
piscopus debebat probare Episcopum deliquisse tempore
quo erat sanæ mentis. hoc adde ad ea, quæ superius dixi,
tamen dicta præsumptio recipit probationem in contrari-
um, quia est præsumptio iuris, & non præsumptio iuris, &
14 de iure; ideo dato, quod mille testes probarent talem fu-
isse prius furiosum, & duo probarent eundem tempore
quo actum gessit, fuisse sanæ mentis, illa secunda probatio
prævaleret: & non discordant dictæ probationes, ut per Cor-
neum in d. suo consilio. lxxxv. Sed declarando doctrinam
Bar. in l. ij. ff. de bonorum possessione furioso infanti dela-
ta, dic, quod secundum Iaso. post Alexan. in d. l. furiosum,
intentio Bar. est ista; quod si probatur aliquem esse furio-
sum non semper, sed aliquo momento temporis, puta una,
duabus horis, vel vno die, vel duobus; tunc ex tali furore,
qui non fuit successiuus, vel probatur: aut probatur al-
quem habuisse furorem successiuum, licet aliquando ali-
qua interualla habuisset, tunc quicquid egit, præsumitur
fecisse tempore furoris, si per plures menses permansit in
furore, & communiter haberetur pro furioso, ut dixi alle-
gando Alexand. in consi. liij. & tex. in d. c. indicas; & Bar.
in l. si. ff. de bono. posse. furioso infanti competenti. & Areti.
in l. ij. ff. de testamen. & Corneum in d. l. furiosum. Sed
non præsumo furiosum semper furere, maxime si fuerit
probatum quod medijs temporis qualitas fuerit furori cō-
traria. Itaque si apparet, quod furiosus post tempus furo-
ris fuit in sana mente, ante actum factum attenditur qua-
litas actus: nam si actus esset conueniens hominis sanæ me-
tis, onus probandi incumberet ei, qui allegaret furorem
in tali casu, & ista est communis opinio. tenet Bar. in tra-
cta. de testi. xx. col. & in l. si. ff. de bonorum possessione
infanti furioso. Areti. in l. i. ff. de verborum obligati-
onibus. Iason post Alexan. in l. furiosum. C. qui testamen-
ta facere possunt. & Ioannes Andreas in ca. si. de successio-
nibus ab intesta. dicit; si aliquis non est compos mentis,
qui hoc dicit, id probet; quia ei qui, dicit, incumbit pro-
batio

batio. l. ei, qui dicit. ff. de proba. gloss. in capit. Consalvus. xvij. quæst. ij.

† Sed aduertant iudices, quia difficile est probare furorem, vel priuationem sensus, vel intellectus. Bal. in d. l. furiosum. & Ioan. Andr. in c. filij. de hæreticis, in vi. dicit, aduertite iudices. quia multi furorem fingunt, vt excusentur. & Barto. in suo tractatu de testibus in xx. col. dicit; an quis furorem fingat, potest dubitari. & addit; ex suspitionibus ergo simulatio arguitur, & ex vita præambula. de quo videbis bonam gloss. in d. cap. indicas. iij. quæst. ix. & sepe quis apparet furiosus, vel demens; & tamē non est; sed sic se fingit ex aliqua causa. l. obseruare. ff. de cura. furio. vbi dicit tex. super hoc debet fieri plenissima causæ cognitio, vt per Cardin. in consil. lvi. & Bartol. dicit in d. l. obseruare; iudex enim debet adhibere medicos, vel alios prudentes viros. † Sed est aduertendum, an testes singulares probent in probando furorem, & dementia; nam aliqui dixerunt, quod testes singulares probant. Sed veritas est quod testes singulares non probant, ita Decius in ca. licet causam, de proba. vbi ipse dicit, quod actus in genere non probantur per testes singulares, cū verum sit dicere, quod meo actu testes non concordent; & mediantibus testibus singularibus non videntur probari actus particulares, ex quibus inferatur actus, de quo quæritur. Et aduerte, quod ista doctrina Decij est in lecturis, & in scolis legendo, vbi cessat ambitio pecuniæ; sed non sic in consilijs, tenet etiam Alexan. in consil. c. vbi allegat Innocent. ita tenere in cap. qualiter, & quando. ij. de accusationibus. † Sed magna coniectura veritatis coadiuuat attestaciones testium, vt per Corneum in consil. lxxxv. & præbiteri laicis præferuntur. cap. clerici. lxxxj. distinct. & in qualitate testium quatuor clerici æquivalent sex laicis. gloss. in c. monachus. lxxvj. distinct. Areti. in l. j. ff. de verbo. oblig. & multa alia adducit. & vide Decium in consil. cccxlviij. p. iij. vbi se remittit ad ea; quæ dixit in dict. cap. licet causam, de proba. Et mentis sanitas comprehenditur ex sermonibus. Bar. in l. his, qui. §. diuus. ff. de tuto. & cura. da. a. h. i.

Et si aliquis laboret in extremis; nō ideo est mente alienatus, quia cū corporis ægritudine compassibilis est prudentia, vt in cap. j. de renūciatione; & nonnunquam infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat, vt in c. nisi cum pridem. §. alia. eodem titulo. & lege. Sanum. C. de translationibus. l. senium. C. qui testamēta facere possunt. Et de constituto in extremis, quōd non præsūmatur infans mente, casus est in cap. finali, de successiōibus ab intestato, de quo vide Cardi. in consi. xxx. & Panor. in d. cap. finali.

18 † Et imputatur furioso, si culpa sua deuenit ad furorem, vt per gloss. in cap. j. vj. distinct. Et omnia vera sunt, nisi quis simulet se furiosum, quo pœnam euitet; oportet enim, vt iudex industrius sit.

19 † Vltimo pro complemento regulæ notabimus, quōd si aliquis commisit homicidium, propter quod debeat decapitari, si postea realiter efficitur furiosus, non debet puniri in persona, sed in bonis; vt videbis per Iaso. in d. l. furiosum, etiam si post condemnationem efficiatur furiosus,

20 vt ibi per eum. † Et nota etiam, quōd pœnitentia imponitur alicui, si furiosus post delictum commissum ad sanam mentem conuertatur. Vide text. & gloss. in ca. si quis insaniens, xv. quæst. j. Et hoc toleratur, ne disciplina ecclesiæ deferatur. & vide Lucam de Penna in l. si apparitor. col. fi. de coartali, li. xj. Sed quia factum à furioso videtur factum à casu sine facto personæ, vt dicit tex. fi. in fi. supra de administra. tuto. vide gloss. & docto. in dict. c. insaniens. & vide Cardi. in clemen. si furiosus. de homi. dicentem, quōd is, qui allegat furorem, debet probare furorem; quia præsūmitur sanæ mentis: tamen si dicatur, quōd aliquando fuit furiosus, ei, qui dicit nūc furiosum, incumbit probatio, vt in d. c. indicas. iij. q. ix. & vi. in ca. semel, de regul. iuris, in vi. f. Quid autem dicendum sit de illo, qui per ebrietatem maleficium committit, an puniri debeat, (similis enim est furioso.) vide Dom. Hier. Gigant. in tract. de crim. lasæ Maieft. quæst. li. vij. not.